Salzburg (?), Ende 15. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



xxxij 38

paratus est diabolo et angelis eius. Esurui enim et non dedisti mihi manducare. Situi. et non dedisti mihi potum. Hospes eram. et non collegisti me. Nudus et non operuisti me. Infirmus et incarcere et non visitasti me. Tunc respondebit ei et ipsi dicentes. Domine quando te vidimus esurientem. aut sitientem. aut hospitem aut nudum. aut infirmum vel in carcere. et non ministravimus tibi. Tunc respondebit illis dicens. Amen dico vobis. quamdiu non fecistis uni de minoribus istis nec mihi fecistis. Et ibunt hi in supplicium eternum. iusti autem in vitam eternam. offertorium. Laudabo dominum de toto corde meo. narrabo omnia mirabilia tua. ut discam me iustificare tua. da mihi intellectum ut discam mandata tua. Secreta.

Munera quesumus domine oblata sanctificata nos que a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per. Communio. Vox mea ad dominum clamavi et exaudivit me de monte sancto suo non timebo milia populi circumdantis me. Postcommunio. Salutaris tui domine munere satiati supplices exoramus. ut cuius sacramentis refecti. Per. Sup populum. Absolve quesumus domine famulorum tuorum vinculum peccatorum. et quitquid pro eis meremur. piacabilis auferre. Per. Feria tertia coll. pro peccatis.

Afflictionem famulorum tuorum quesumus domine mirabiliter placatus. ut indulta venia peccatorum de tuis semper beneficiis gaudeant. Per. Oratio. Omnipotens sempiterne deus. qui nos a generatione et progenie a seculo et usque in seculum tu es. Ps. Priusquam montes fierent aut formaretur terra.

Respice domine de celo et orbis. famulia tua et prestante ut apud te meritis tuo delectetur fulgeat. quem castigat. Per. Ps. Ylaue. Non iudicabit illis. Locutus est populo. ylaetas populi dicens. Quaerite dominum dum inveniri potest. invocate eum dum prope est. Derelinquat impius viam suam et vir iniquus cogitationes suas. et revertatur ad dominum et miserebitur eius. et ad deum nostrum quoniam multus est ad ignoscendum. Non enim cogitationes meae cogitationes vestrae. neque viae meae viae vestae dicit dominus. Sicut enim exaltantur celi a terra. sic exaltatae sunt viae meae a viis vestris et cogitationes meae a cogitationibus vestris. Et quomodo descendit imber et nix de celo. et illuc ultra non revertitur. sed inebriat terram. et infundit ea. et germinare eam facit. et dat semen seminanti. et panem comedenti. sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo. Non revertetur ad